2473. 1

Alma ac Celeberrima
Scientiarum Universitas!

14

Quantumvis Regionum, Climatumque intervallo
dissitos, studia Literarum, cupidoq; easdem ultra
fovendi, augendiq;, nos reddere consvevit non
tam notissimos, quam familiaritate conjun„
ctissimos, quos scilicet jam belli gloria fece„
rat identidem indissolubiles Martis alumnos;
eo Magis Minerva fovebit commilitones.
Expetimus itaq; demisse ab hac Celeberrima Scien„
tiarum Universitate: ut Literaturam nostram
Hungaricam, Graeca, et Latinam, quae his re„
stauratis aureis Decadibus seculi proveniunt,
tute transmittere possimus, aliquod medium
suppeditari, quo facilius Petropolim per„

1v

veniant, quæ Literis, comunicare vellemus: Uti E. G.
Diversa Poëmata, de Bello Turcico, de Corona no-
stra Hungarica, Dudam adlata: de supremis Belli
Ducibus, Laudon, Kuveran, Potemkin, Coburg &c.
Et quæ sunt hujusmodi: quomodo possimus transmitter
ut comunicemus et nos gratum, et sincerum an-
mum almæ Universitati Petropolitanæ:

Rogamus itaq humilime, dignetur rescribere, et m-
dum aliquem, aut sumptus suppeditare, ut un-
viribus reflorescamus in Europa. Quod dum p-
stolamur, manemus æternum conjuncti, summa
cum veneratione

Almæ Universitatis
In Civitate Pestana
In Hungaria 25 Febr.
1790.

Servi addicti, et obligl.
Franciscus Rosenbacher,
alias:
Ροδοποτάμιος Θεόλογος.

Brevi transmissuri sumus omnia, que in Hungarie prodeunt opuscula de Russis, Hungaris, de Bello Turc. de modernis Revolutionibus, et de Serenissima Principe Catharina, Magna Matre Scientiarum: tantum Responsum expetimus.